

¶

Protestatio Auctoris.

CUM Sanctissimus Dominus noster Urbanus Papa VIII. die 13. Maii 1625. in Sacra Congregatione SS. Rituum, & universalis inquisitionis. Decretum ediderit, idemque confirmaverit die 5. Julii 1634. quo inhibuit imprimi libros hominum (qui Sanctitate , seu Martyrii fama celebres è vita migrarunt gesta , miracula, vel revelationes, seu quæcumque beneficia tanquam eorum intercessionibus à DEO accepta , continentes, sine recognitione & approbatione Ordinarii, & quæ ha-
ctenus sine ea impressa sunt, nullo modo vult censeri approbata. Idem autem Sanctissimus die 5. Jun. 1631. ita explicaverit, ut nimirum non admittantur Elogia Sancti, vel Beati absolute , & quæ cadunt super Personam, bene tam- men ea quæ cadunt super Mores , & Opinio- nem, cum protestatione in Principio, quod in illis nulla sit Auctoritas ab Ecclesia Romana, sed fides tantum sit penes Auctorem. Huic De- creto, ejusque confirmationi, & declaratio- ni, observantia , & reverentia (qua par est) insistendo profiteor, me non alio sensu quid- quam hoc in libro referre, accipere, aut acci- pi ab ullo velle ; quam quo solent ea, quæ hu- mana duntaxat Auctoritate (non autem Di- vina, Catholicæ Romanæ Ecclesiæ, aut San- ctæ Apostolicæ Sedis) nituntur ; iis tantummodo exceptis, quos ibidem sancta sedes, Sanctorum, Beatorum, aut Martyrum Cata- logo adscripsit.

Fr. Kilianus Kazenberger.
Der